sui detruncatum dimiserint, [et eum uita priuauerit], IVM denariis qui faciunt solidos C culpa-
bilis iudicetur.

§ 10. Si quis hominem ingenuum in puteum aut in pelagusⁱ aut in quodlibet^k praecipitium, *43 § 10*
ubi periculum mortis esse possit, impinixerit, et ille qui proiectus est quolibet modo ab eodem

e) adsallierit S 82. f) ostia S 82.

Titel 10: a) davor in S 82 aut getilgt. b) miserit S 82. c) in S 83 aus anona verbessert.

Titel 11: a) aqam S 83. b) hallis S 82. c) fehlt S 83. d-d) hallis aut S 82. e) XIIM S 82.
f) his S 82. g) c S 83. h) in S 83 aus quadrouio verbessert; quadrubio S 82. i) in S 83 aus pelagus
verbessert. k) in S 83 aus quolibet verbessert.

periculo uiuus euaserit, ille qui eum inpinxit iVM denariis qui faciunt solidos c culpabilis iudicetur.

- K: 43 § 11 § 11. Si autem qui praecipitatus est mortuus fuerit, tota leode sua conponatur.
 43 § 12 § 12. Atque ita unaquaeque^l persona, qui maiori minorique compositione conponi debuerat,
 43 § 13 § 13. si de praecipitio^m periculum mortis euaserit, medietatem leodis suaeⁿ conponat, quam conponi debuerat, si mortuus fuisset. Nam ^oet si^o mortuus fuerit, unusquisque secundum modum leodis suae^p conponat.
 43 § 14 § 14. Si quis hominem ingenuum cuilibet socio suo de quolibet accusauerit, et per eius commonitionem^q siue mendacium^r ille qui accusatus est occisus^s fuerit, si ei adprobatum fuerit, medietatem leodis eius conponat. Ille uero qui eum occidit^t secundum legem pleniter eum conponat.

XII. De ^ahomicidiis ^a contubernio factis.

- 44 § 1 § 1. Si quis collecto contubernio hominem ingenuum in domo sua adsallierit^b et ibidem eum occiderit, xxivm denariis qui faciunt solidos DC culpabilis iudicetur.
 44 § 2 § 2. Si uero in truste dominica ille qui occisus est fuerit, lxxiim denariis qui faciunt solidos MDCCCC culpabilis iudicetur.
 44 § 3 § 3. Quod si corpus occisi hominis tres plagas uel amplius habuerit, tres qui inculpantur et, quod in eo contubernio fuissent, conuincuntur legem superius comprehensam singillatim cogantur exsoluere. Alii uero tres de eodem contubernio iimdc denariis qui faciunt solidos xc unusquisque illorum culpabilis iudicetur. Et tres adhuc in tercio loco de eodem contubernio mdccc^c denariis qui faciunt solidos xlv singuli eorum cogantur exsoluere.
 44 § 4 § 4. Si uero Romanus uel lidus in tali contubernio occisus fuerit, huius compositionis^d medietas soluatur.

XIII. De <compositione>^a homicidiis^b in conuiuio^c factis.

- 45 § 1 § 1. Si quis in conuiuio, ubi quattuor aut quinque fuerint homines, unus ex ipsis interfectus fuerit, illi qui remanent aut unum conuictum reddant aut omnes mortis illius compositionem coniectent. Quae^d lex usque ad septem qui fuerint in conuiuio illo conuenit obseruare^e.
 45 § 2 § 2. Si in illo conuiuio plus quam vii^f fuerint, non omnes teneantur obnoxii, sed quibus fuerit inputatum illi secundum legem conponant.
 45 § 3 § 3. Si quis foris casa, siue iter agens seu in agro positus, a contubernio fuerit occisus et tres uel amplius habuerit plagas, tres de eodem contubernio, qui conuicti fuerint, singillatim mortis illius compositionem conponant; et tres [adhuc] alii de ipso contubernio mcc denariis qui faciunt solidos xxx unusquisque illorum culpabilis iudicetur. Et tres adhuc alii de ipso contubernio dc denariis qui faciunt ^esolidos xv^g singuli eorum ^hculpabiles iudicentur^h.

XIV. De compositione homicidii.

- 65 § 1 § 1. Si alicuius pater occisus fuerit, medietatem compositionis filii colligant, et aliam^a medietatem parentes, qui proximiores fuerint tam de paterna quam et de materna generatione diuidant.

l) unaquaeque S 82. m) praecipicio S 83. n) suę S 82. o-o) si et S 83. p) suę S 82. q) commonitionem mit Randnote commocionem S 82. r) mendatium S 82. s) mortuus S 82 t) occisit S 82.

Titel 12: a-a) homicidio S 82. b) adsalierit S 82. c) lmdccctis S 83; lmdcccc S 82. d) in S 82 aus compositionis verbessert.

Titel 13: a) comp. S 82; fehlt S 83. b) homicidio S 82. c) conuiuuis S 82. d) Quę S 82. e) obseruari S 82. f) septem S 82. g-g) sol. xv mit Randnote (s)ol. xxx S 82. h-h) cul. iudic. S 83; culp. iud. S 82.

Titel 14: a) aliam S 83; alia S 82.

§ 2. Quod si de una parte, uel paterna uel materna, nullus proximus fuerit, portio^b illa ad *K: 65 § 2* fiscum peruenerit uel cui fiscus concederit^c accipiat.

XV. De uulneribus.

§ 1. Si quis uoluerit alterum occidere^a et colpus ei fallierit, uel cum sagitta toxicata eum *19 § 1* percutere uoluerit et ei ictus fallierit, MMD denariis qui faciunt solidos LXII semis culpabilis iudicetur.

§ 2. Si quis hominem in caput ita plagauerit, ut sanguis ad terram cadat, DC denariis qui *19 § 2* faciunt solidos xv^b culpabilis iudicetur.

§ 3. Si quis hominem in caput plagauerit, ita ut deinde tria ossa exeant, MCC denariis qui *19 § 3* faciunt solidos xxx culpabilis iudicetur.

§ 4. Si quis hominem ita plagauerit^c in caput^d, ut cerebrum appareat et tria ossa desuper *19 § 4* cerebrum exierint, MDCCC^e denariis qui faciunt solidos XLV culpabilis iudicetur.

§ 5. Si <quis> uero intra costas uulnus intrauerit et usque ad interanea peruenerit, MCC *19 § 5* denariis qui faciunt solidos xxx culpabilis iudicetur.

§ 6. Si uero plaga ipsa semper currit et ad sanitatem non peruenerit, MMD denariis qui *19 § 6* faciunt solidos LXII semis culpabilis iudicetur, excepta medicatura, quae^f est CCCLX denariorum qui faciunt solidos IX.

§ 7. Si quis ingenuus ingenuum fuste percusserit et tamen sanguis^g non exierit, usque ad *19 § 7* tres colpos pro unoquoque ictu CXX denarios qui faciunt solidos III soluat^h.

§ 8. Si uero sanguis exierit, ita conponatⁱ ueluti eum de ferramento uulnerasset, id est *19 § 8* DC denariis qui faciunt solidos xv culpabilis iudicetur.

§ 9. Si quis alterum clausa manu, id est pugno, percusserit, CCCLX denariis qui faciunt *19 § 9* solidos IX culpabilis iudicetur, uidelicet ut pugno quoque ictu III^k solidos reddat.

§ 10. Si quis alterum in uia adsallierit^l et expoliare temptauerit, et ille fuga euaserit, MCC *19 § 10* denariis qui faciunt solidos xxx culpabilis iudicetur.

§ 11. Si uero ceperit^m eum et expoliauerit, MMD denariis qui faciunt solidos ⁿLXII semisⁿ *19 § 11* culpabilis iudicetur.

XVI. De debilitatibus^a.

§ 1. Si quis alteri manum aut pedem truncauerit uel oculum effodierit aut auriculam uel *31 § 1* nasum amputauerit, IVM denariis qui faciunt solidos C culpabilis iudicetur.

§ 2. Si uero manus ipsa ibidem mancata pependerit, MDCCC denariis qui faciunt solidos *31 § 2* XLV culpabilis iudicetur.

§ 3. Si manus ipsa perexcussa fuerit, MMD denariis qui faciunt solidos LXII semis culpabilis *31 § 3* iudicetur.

§ 4. Si quis pollicem de manu uel pede excusserit, MDCCC^b denariis qui faciunt solidos^c XLV *31 § 4* culpabilis iudicetur.

§ 5. Si uero ipse^d pollex^e mancus pependerit, MCC denariis qui faciunt solidos xxx^f cul- *31 § 5* pabilis iudicetur.

§ 6. Si secundum digitum, quo sagitatur, excusserit, MCCCC denariis qui faciunt solidos *31 § 6* xxxv culpabilis iudicetur.

b) porcio S 82. c) concesserit S 82.

Titel 15: a) dahinter nachträglich eingefügt cum qualibet arma S 82. b) xxx S 83. c) placauerit S 83. d-d) in capud (vor ita) S 82. e) IMCCCTIS S 83. f) quq S 82. g) in S 82 nachträglich eingefügt. h) in S 83 aus sol. verbessert. i) in S 83 aus conprae verbessert. k) tres S 82. l) adsallierit S 82. m) ceperit S 83. n-n) LXXII S 83.

Titel 16: a) debilitatis S 83. b) in S 83 aus IIMDCCO verbessert. c) dahinter getilgtes sc (Ansatz zu einem zweiten sol.) S 83. d) fehlt S 83. e) polex S 83. f) xxxv S 83.

- K: 31 § 7* § 7. Si quis tres sequentes digitos pariter uno ictu excusserit, MDCCC denariis qui faciunt solidos XLV culpabilis iudicetur.
- 31 § 8* § 8. Si quis medium digitum excusserit, DC denariis qui faciunt solidos xv culpabilis iudicetur.
- 31 § 9* § 9. Si quis quartum digitum excusserit, DC denariis qui faciunt solidos xv culpabilis iudicetur.
- 31 § 10* § 10. Si minimum excusserit, similiter DC denariis qui faciunt solidos xv culpabilis iudicetur.
- 31 § 11* § 11. Si quis pedem alterius capulauerit^b et ibi mancusus remanserit, MDCCC denariis qui faciunt solidos XLV culpabilis iudicetur.
- 31 § 12* § 12. Si uero ipse perexcussus fuerit, MMD denariis qui faciunt solidos LXII semis culpabilis iudicetur.
- 31 § 13* § 13. Si quis alteri oculum euellerit, MMD denariis qui faciunt solidos LXII semis culpabilis iudicetur.
- 31 § 14* § 14. Si nasum excusserit, MDCCC denariis qui faciunt solidos XLV culpabilis iudicetur.
- 31 § 15* § 15. Si auriculam excusserit, DC denariis qui faciunt solidos xv culpabilis iudicetur.
- 31 § 16* § 16. Si quis linguam alterius amputauerit, ut loqui non possit, IVM denariis qui faciunt solidos c culpabilis iudicetur^l.
- 31 § 17* § 17. Si dentem excusserit, DC denariis qui faciunt solidos xv culpabilis iudicetur.
- 31 § 18* § 18. Si quis ingenuus ingenuum castrauerit aut^k uirilia truncauerit, ut mancus fiat, IVM denariis qui faciunt solidos c culpabilis iudicetur.
- 31 § 19* § 19. Si uero ad integrum^l tulerit, VIIM denariis qui faciunt solidos CC culpabilis iudicetur.

XVII. De chrenechruda^a.

- 61 § 1.* Si quis hominem occiderit et in tota facultate sua non habuerit, unde legem totam [ad]implere ualeat, XII iuratores donet, ut^b nec super terram nec subter terram amplius de facultate non^c habeat, nisi quod donatum habeat^d.
- 61 § 2.* Postea intrare debet casam suam et de quattuor angulis de terra illa in pugno suo colligat et stare in durpilo, hoc est in liminare^e, et intus captare et cum sinistra manu de illa terra ultra suas scapulas iactare super quem proximior^f habeat^f parentem.

Quod si iam pater aut mater uel frater soluerunt^g, tunc super sororem matris aut super suos filios debet illam terram iactare, id est super tres de generatione matris, qui proximiores^h sunt;

et postea in camisaⁱ discinctus^k et discalciatus cum palo in manu supra sepem sallire^l debet, ut pro medietate^m, quantum de compositione digger est, aut quantum lex dicit, illiⁿ tres soluant, quod est^o illi alii, qui de paterna generatione ueniunt, facere debent.

Si uero aliquis ex illis pauperior fuerit et non habet, unde ad integrum debitum soluat, quicumque de illis amplius habet, iterum (habet) super illum chrenechruda. Ille qui pauperior est iactet, et ille totam legem componat.

Quod si nec ipse habuerit, ut totam legem persoluat, tunc illum qui homicidium fecit ille qui eum in p^rfide sua^p habet per quattuor mallos praesentem faciat. Et si eum per compositionem nullus suorum uoluerit redimere, de uita componat.

g) in S 83 aus CD verbessert. *h)* capullauerit (aus capollauerit verbessert) S 82. *i-i)* iud. culpl. S 83.
k) fehlt S 83. *l)* in S 83 aus integro verbessert.

Titel 17: *a)* in S 83 aus chrenechrura verbessert; chrene chruda S 82. *b)* fehlt S 83. *c)* in S 83 anscheinend ausradiert. *d)* habet S 82. *e)* in S 83 zu liminari verbessert. *f)* habet S 82. *g)* soluerint S 83. *h)* in S 83 aus proximo res nachträglich zusammengezogen. *i)* camisia S 82. *k)* discinctus S 82. *l)* salire S 83. *m)* medietatem S 82. *n)* in S 83 aus ille verbessert. *o-o)* idest est (st unterpungiert) S 83. *p-p)* sua fide S 82.

XVIII. De eo qui hominem^a ingenuum expoliauerit.

§ 1. Si quis hominem ingenuum in superuentu^b expoliauerit, MMD denariis qui faciunt K:15 § 1 solidos LXII semis culpabilis iudicetur.

§ 2. Si Romanus homo Francum expoliauerit, MMD denariis qui faciunt solidos LXII semis 15 § 2 culpabilis iudicetur.

§ 3. Si uero Francus Romanum expoliauerit, MCC denariis qui faciunt solidos xxx culpabilis 15 § 3 iudicetur.

§ 4. Si quis hominem praeceptum^c regis habentem contra ordinationem regis adsalire uel 15 § 4 uiam laciniam^d ei facere presumpserit, VIIIIM denariis qui faciunt solidos CC culpabilis iudicetur.

§ 5. Si quis hominem ingenuum dormientem furtu expoliauerit, IVM denariis qui faciunt 15 § 5 solidos c^e culpabilis iudicetur excepto capitale et dilatura.

XIX. De eo qui hominem ingenuum sine causa ligauerit.

§ 1. Si quis hominem ingenuum sine causa ligauerit, MCC denariis qui faciunt solidos xxx 34 § 1 culpabilis iudicetur.

§ 2. Si uero eum ligatum in aliquam partem duxerit, MDCCC denariis qui faciunt solidos XLV 34 § 2 culpabilis iudicetur.

§ 3. Si uero Romanus Francum ligauerit^a sine causa, DC denariis qui faciunt solidos xv 34 § 3 culpabilis iudicetur.

§ 4. Si uero Francus ligauerit Romanum sine causa, DC denariis qui faciunt solidos xv 34 § 4 culpabilis iudicetur.

§ 5. Si quis hominem noxium ligatum per uim tulerit grafioni, uitam suam redimat. 34 § 5

XX. De eo qui mortuum hominem expoliauerit.

§ 1. Si quis hominem mortuum, antequam in terra mittatur, furtu^a expoliauerit, IVM denariis 17 § 1 qui faciunt solidos c culpabilis iudicetur.

§ 2. Si quis hominem mortuum effoderit et expoliauerit, VIIIIM denariis qui faciunt solidos 17 § 2 CC^b culpabilis iudicetur. Et postea parentes defuncti iudicem rogare debent, ut inter homines non habitet auctor sceleris, et qui ei hospitium dederit, antequam parentibus satisfaciat, DC denariis qui faciunt solidos xv culpabilis iudicetur.

§ 3. Si quis mortuum hominem aut in noffo aut in petra super alium miserit, quae^c uasa 17 § 3 ex usu sarcophagi dicuntur, MMD denariis qui faciunt solidos LXII semis culpabilis iudicetur.

§ 4. Si quis aristatonem super hominem mortuum capulauerit, de unoquoque DC denariis 17 § 4 qui faciunt solidos xv culpabilis iudicetur.

XXI. De corporibus expoliatis^a.

§ 1. Si quis corpus hominis mortui, antequam in terra mittatur, per furtum expoliauerit, 57 § 1 MMD denariis qui faciunt solidos LXII semis culpabilis iudicetur.

§ 2. Si quis tumulum super hominem mortuum expoliauerit uel dissipauerit, DC denariis 57 § 2 qui faciunt solidos xv culpabilis iudicetur.

Titel 18: a) hominem inem S 83. b) super uento (zu ueniens verbessert) S 83. c) in S 83 aus praeceptom verbessert. d) latinam S 83. e) in S 83 anscheinend aus CC verbessert.

Titel 19: a) expoliauerit S 82.

Titel 20: a) furto S 82. b) c S 83. c) quæ S 82.

Titel 21: a) expoliauerit S 83.

- K: 57 § 3* § 3. Si quis aristatonem, hoc est stappulus^b super mortuum missus^c, capulauerit aut mundualem, quod est ea structura, siue selaue^d, qui est ponticulus, sicut mos antiquorum faciendum fuit, qui hoc destruxerit aut mortuum exinde expoliauerit, de unaquaque^e de istis DC^f denariis qui faciunt solidos xv culpabilis iudicetur.
- 57 § 4* § 4. Si quis hominem mortuum super alium in naufo uel in petra miserit, MCCC^g denariis qui faciunt solidos xxxv culpabilis iudicetur.
- 57 § 5* § 5. Si quis corpus iam sepultum effodierit^h aut expoliauerit, uuargusⁱ sit, hoc est depulsus de eodem pago, usquedum cum parentibus defuncti conuenerit, ut et ipsi parentes rogati sint pro eo, ut liceat ei infra patriam esse. Et quicumque antea panem aut hospitalitatem ei dederit, etiam si uxor eius hoc fecerit, DC denariis qui faciunt solidos xv culpabilis iudicetur.
- 57 § 6* § 6. Auctor uero sceleris huius, si ipse hoc fecerit et conprobatus fuerit uel alium adeptum faciendi locauerit, viii denariis qui faciunt solidos cc culpabilis iudicetur.
- 57 § 7* § 7. Si quis domum, in modum^k basilicae^l factum, super hominem mortuum expoliauerit, mccc^m denariis qui faciunt solidos xxx culpabilis iudicetur excepto capitale et dilatura.

XXII. De eo qui mulieri ingenuae^a manum aut brachium strinxerit^b.

- 22 § 1* § 1. Si quis homo ingenuus^c feminae ingenuae^c manum aut digitum strinxerit^b, DC denariis qui faciunt solidos xv culpabilis iudicetur.
- 22 § 2* § 2. Si uero brachium strinxerit^b, MCC denariis qui faciunt solidos xxx culpabilis iudicetur.
- 22 § 3* § 3. Si autem super cubitum manum miserit, MCCC denariis qui faciunt solidos xxxv culpabilis iudicetur.
- 22 § 4* § 4. Si ergo mamillam strinxerit^b, MCCC denariis qui faciunt solidos xlv culpabilis iudicetur.

XXIII. De ingenuis mulierum raptoribus.

- 14 § 1* § 1. Si qui tres homines ingenuam puellam de casa aut de screuna rapuerint, unusquisque eorum MCC denariis qui faciunt solidos xxx culpabilis iudicetur.
- 14 § 2* § 2. Illi (autem) alii qui super tres fuerint, unusquisque eorum CC denariis qui faciunt solidos v culpabilis iudicetur.
- 14 § 3* § 3. Qui cum sagittis^a fuerint, unusquisque illorum CXX denariis qui faciunt solidos III culpabilis iudicetur.
- 14 § 4* § 4. Raptor uero MMD denariis qui faciunt solidos LXII semis cogatur persoluere.
- 14 § 5* § 5. Si uero puella quae^b trahitur in uerbo regis fuerit, propter fredum MMD denariis qui faciunt solidos LXII semis^c cogatur persoluere.
- 14 § 6* § 6. Si uero puer regis uel lidus ingenuam feminam traxerit, de uita componat.
- 14 § 7* § 7. Si uero ingenua femina quemque de illis sua uoluntate secuta fuerit, ingenuitatem^d suam perdat^d.
- 14 § 8* § 8. Si quis sponsam alienam tulerit et sibi in coniugium copulauerit, MMD denariis qui faciunt solidos LXII semis culpabilis iudicetur.
- 14 § 9* § 9. Sponso autem eius DC denariis qui faciunt solidos xv culpabilis iudicetur.

b) stappulum *S* 82. *c)* missum *S* 82. *d)* saelauē *S* 83. *e)* unaquēque *S* 82. *f)* Dctis aus Dctos verbessert *S* 83. *g)* so (statt MCCC) *S* 82, 83. *h)* effodierit *S* 82. *i)* in *S* 83 aus tuargus verbessert. *k)* domo *S* 83. *l)* basilicē *S* 82, 83. *m)* mcccctis aus mcccctos verbessert *S* 83.

Titel 22: a-a) muliere ingenuē *S* 82. b) jewēils strinxerit *S* 82. c-c) feminē ingenuae *S* 83; feminē ingenuē *S* 82.

Titel 23: a) dahinter in *S* 83 ein zweites sagittis getilgt. b) quē *S* 82 und (aus qui verbessert) *S* 83. c) fehlt *S* 83. d-d) perdat suam *S* 83.

§ 10. Si quis puellam, quae^e dructe^f ducitur ad maritum, in uia adsallierit^g et cum ipsa *K: 14 § 10* uiolenter moechatus^h fuerit, VIII denariis qui faciunt solidos CC culpabilis iudicetur.

§ 11. Si quis ingenuus ancillam alienam in coniugio acceperit, ipse cum ea in seruitio im- *14 § 11* pliceturⁱ.

§ 12. Si quis uxorem alienam uiuo marito tulerit, VIII denariis qui faciunt solidos CC culpa- *14 § 12* bilis iudicetur.

§ 13. Si quis cum ingenua puella per uirtutem moechatus fuerit, MMD denariis qui faciunt *14 § 13* solidos LXII semis culpabilis iudicetur.

§ 14. Si quis cum ingenua puella desponsata^k, ea consentiente, in occulto moechauerit, *14 § 14* MDCCC denariis qui faciunt solidos XLV culpabilis iudicetur.

§ 15. Si quis lidam alienam in coniugium sociauerit, MCC denariis qui faciunt solidos xxx *14 § 15* culpabilis iudicetur.

§ 16. Si quis sororem^l aut fratris filiam aut certe alterius gradus consobrinam aut fratris *14 § 16* uxorem aut auunculi sceleratis nuptiis sibi iunxerit^m, huic penaeⁿ subiaceat, ut a tali consortio separetur; atque etiam si filios habuerint, non habeantur legitimi heredes, sed infamia sint notati.

XXIV. De reippus.

§ 1. Si quis homo moriens uiduam dimiserit et^a eam quis in coniugium uoluerit accipere, *46 § 1* antequam eam accipiat tunginus aut centenarius mallum indicent; et in^b ipso mallo scutum habere debet et tres homines causam demandare^c debent. Et tunc ille qui uiduam^d accipere uult cum tribus testibus, qui adprobare debent, III^e solidos aequae^f pensantes et denarium habere debet; et hoc facto, si^g eis conuenit, uiduam accipiat^h.

§ 2. Si uero ista non fecerit et sic eam acceperit, illi cui reippus debetur MMD denariis qui *46 § 2* faciunt solidos LXII semis culpabilis iudicetur.

§ 3. Si autem, quaeⁱ superius diximus, omnia secundum legem impleuerit, et tres solidos *46 § 3* et denarium ille cui reippus debetur^k acceperit, tunc eam legitime^k accipiat.

§ 4. Hoc discernendum uidetur, cui reippus debeatur. *46 § 4*

§ 5. Si nepos fuerit sororis filius senior, ille reippum accipiat. *46 § 5*

§ 6. Si uero nepos non fuerit, neptis filius^l senior ille accipiat. *46 § 6*

§ 7. Quod si neptis filius non fuerit, consobrinae^m filius, qui ex materno genere uenit, ipse *46 § 7* accipiat.

§ 8. Si autem nec consobrinaeⁿ filius fuerit, tunc auunculus, frater matris, reippum accipiat. *46 § 8*

§ 9. Si uero auunculus non fuerit, tunc frater illius qui ipsam mulierem antea habuerat, si *46 § 9* in hereditatem defuncti fratris, id est mariti mulieris illius, uenturus non est, ipse reippum accipiat.

§ 10. Quod si nec ipse fuerit, tunc qui proximior fuerit post superius nominatos, qui singillatim *46 § 10* secundum parentelam dicti sunt, usque ad sextum geniculum^o, si in hereditatem illius mariti defuncti non accedat, ipse reippum accipiat.

§ 11. Si autem nullus nisi post sextum geniculum^p proximus fuerit, in fiscum ipse reippus *46 § 11* uel causa, quae^q inde orta fuerit^r, colligatur.

e) quae S 82. f) de dructe S 82. g) in S 83 aus adsalierit verbessert; adsalierit S 82. h) mechatatus S 82. i) implicetur S 82. k) disponsata S 82. l) uxorem S 83. m) iunxerit S 82. n) penae S 83; poene S 82.

Titel 24: a) ut S 82. b) fehlt S 83. c) demandare S 83. d) in S 83 aus ui diam verbessert. e) tres S 82. f) aequae S 83. g) in S 83 zu sic verbessert. h) fehlt S 83. i) quae S 82, 83. k-k) fehlt S 83 (Zeilensprung); ... legitime S 82. l) in S 83 aus filius verbessert. m) consobrinae S 82, 83. n) consobrinae S 82; consobrinae S 83. o) geniculum S 83. p) in S 83 aus geniculum verbessert. q) quae S 82. r) fuerat S 83.

XXV. De eo qui alienam filiam desponsauerit et non uult eam accipere.

K: 70 Si quis filiam alienam ad coniugium quaesierit^a, praesentibus suis et puellae^b parentibus, et postea se retraxerit et eam accipere noluerit, MMD denariis qui faciunt solidos LXII semis culpabilis iudicetur.

XXVI. De eo qui uillam alienam occupauerit uel si duodecim mensibus eam tenuerit.

47 § 1 § 1. Si quis super alterum in uillam migrare uoluerit et aliqui de his qui in uilla consistunt eum suscipere uoluerint, et uel unus ex ipsis extiterit qui contradicat, migrandi licenciam^a ibidem non habeat^b.

47 § 2 § 2. Si uero contra interdictum unius^c uel duorum in ipsa uilla consedere praesumpserit, tunc interdictor testari illi debet cum testibus, ut infra x^d noctes inde exeat; et si noluerit, iterum ad ipsum cum testibus ueniat et testetur illi, ut infra alias x^d noctes secedat^e. Quod si noluerit, iterum tertio^f placito, ut infra x^d noctes exeat, denuntiet. Si uero xxx noctes impletae^g fuerint, et nec tunc uoluerit exire, statim illum manniat^h ad mallum et testesⁱ suos, qui de ipsa placita fuerint, secum praestos^k habeat. Si autem ipse cui testatum est uenire noluerit, et eum aliqua sunnis non detenerit, et secundum legem supra dictam testatus^l fuerit, tunc ipse qui ei testatus est super fortuna sua ponat. Et grafionem roget, ut accedat ad locum et ipse eum inde expellat; et si ibi aliquid elaborauit, quia legem noluit audire, amittat^m et insuper MCCⁿ denariis qui faciunt solidos xxx culpabilis iudicetur.

47 § 3 § 3. Si uero quis alium in uillam alienam migrare rogauerit, antequam conuentum fuerit, MDCCC denariis qui faciunt solidos XLV culpabilis iudicetur.

47 § 4 § 4. Si autem quis migrauerit in uillam alienam, et ei aliquid infra XII menses secundum legem contestatum non fuerit, securus ibidem consistat sicut et alii uicini.

XXVII. De afatomiae^a.

48 § 1. Hoc conuenit obseruare, ut tunginus uel centenarius mallum indicent, et scutum b'ipso mallo^b habeat, et tres homines causas tres demandare debent in ipso mallo, et requiratur. Postea homo, qui ei non pertinet, et sic festucam c'in laisum iactet, et ipsi in cuius laisum festucam^c iactauerit dicat uerbum de fortuna sua, quantum ei uoluerit dare.

Postea ipse in cuius laisum festucam iactauit in casa ipsius manere debet^d et e'hospites tres^e suscipere et de facultate sua, quantum ei datur, in postetate sua habere debet. Et postea ipse cui creditum est ista omnia cum testibus collectis agere debet.

48 § 2. Postea aut ante regem aut in mallo legitimo illi cui fortunam suam deputauit reddere debet; et accipiat postea festucam in mallo ipso ante XII menses ipse quos heredes deputauit^f in laisum suum iactent. Et nec minus nec maius, nisi quantum ei creditum est.

Et si contra hoc aliquid dicere uoluerit, debent tres testes iurati dicere, quod ibi fuissent in mallo, ubi tunginus uel centenarius indixerunt, et quod uidissent hominem illum, qui fortunam dedit, in laisum illius, quem iam elegerat, festucam iactare; et nominare illum debent, qui fortunam suam in laisum electi^g iactauit. Nec non et illum, in cuius laisum festucam iactauit

Titel 25: a) quesierit S 82. b) puellę S 82; puelle S 83.

Titel 26: a) licenciam S 82. b) iubeat S 83. c) unus S 83. d) jeweils decem S 82. e) secedat S 83. f) tercio S 82. g) impletę S 82, 83. h) in S 83 aus manneat verbessert. i) III S 83. k) prestos S 82, 83. l) testatum S 82. m) in S 83 aus amittat verbessert. n) IMD S 82.

Titel 27: a) fatomię S 82. b-b) ipsum mallum S 82. c-c) fehlt S 83 (Zeilensprung). d) in S 82 über der Zeile nachgetragen. e-e) tres hospites S 82. f) fehlt S 83. g) fehlt S 83.

et heredem appellauit. Similiter nomen et alteri tres^b testes iurati debent dicere, quod in casa illius hominis, qui fortunam suam donauit, ille in cuius laisum festucam iactauit ibidem mansisset et hospites tres uel amplius collegisset ¹et pauisset, et ei ibidem gratias egissent¹ et in beudo suo pultes manducassent et testes collegissent. Ista omnia alii tres testes iurati dicere debent, quod^k in mallo legitimo uel ante regem ille qui accepit in laisum suum fortunam <suam> ¹in mallo publico, hoc est ante theada uel tunginum, fortunam¹ illam, quem heredem appellauit, publice coram omnibus festucam in laisum ipsius iactasset. Et haec^m omnia nouem testes debent adfirmare.

XXVIII. De falso testimonio.

§ 1. Si quis falsum testimonium praebuerit, DC denariis qui faciunt solidos xv culpabilis *K: 50 § 1* iudicetur.

§ 2. Quod si aliquis alicui inputauerit, quod se periurasset, et non potuerit adfirmare, DC *50 § 2* denariis qui faciunt solidos xv culpabilis iudicetur.

§ 3. Si alicui fuerit inputatum, quod se^a periurasset, et hoc qui inputauit adfirmare potuerit, *50 § 3* tres de ipsis coniuratoribus periuri unusquisque illorum DC denariis qui faciunt solidos xv culpabilis iudicetur.

§ 4. Alii uero qui super ipsos tres fuerint quinque solidis ^bculpabiles iudicentur^b. *50 § 4*

§ 5. ^eIpse uero cui inputatum fuerit^e excepto^d causa uel capitale^e et dilatata DC denariis *50 § 5* qui faciunt solidos xv culpabilis iudicetur.

XXIX. De eo qui fidem factam alteri non reddiderit.

§ 1. Si quis ingenuus aut lidus alteri fidem fecerit, tunc ille cui fides facta est XL noctes, *52 § 1* aut quomodo placitum fecit quando fidem ei fecit, ad domum illius cum testibus ambulare debet uel cum illis qui ^apretium adpretiare^a debent. Et si noluerit fidem factam soluere, DC denariis qui faciunt solidos xv culpabilis iudicetur^b.

§ 2. Si uero adhuc supradictum debitum^c soluere noluerit, debet eum sic admallare^d: „Rogo *52 § 2* te, iudex, ut hominem illum denominatum gasachionem meum, qui mihi fidem fecit debito^e tali denominato, secundum legem Salicam^f mihi inde ^geum adstringas^g.“ Tunc iudex dicere debet: „Ego gasachium tuum illum in hoc mallo quod lex Salica habet.“ Tunc ille cui fides facta est debet testificari^h fideiussori, ut nulli alteri nec soluat nec ¹pignus donet¹ solutionis^k, antequam ei impleat unde fidem fecit; et sic festinanter ad domum illius qui ei fidem fecit ¹cum testibus accedat¹ et roget eum soluere debitum suum. Quod si noluerit, solem ei collocet; si ei solem culcauerit^m, tres^a solidos super debitum addat. Et sic usque ad tres uices per tres mannitas facere debet. Ista igitur omnia facta, si adhuc noluerit debita componere, usque^o nouem solidos debitum ascendat^p. Id est ut per singulas ammonitiones uel solem culcatum terni solidi adrescant. Si uero nec fidem factam in placito legitimo soluere noluerit, tunc ille cui fides facta est ambulet ad grafionem loci illius, in cuius pago manet, accipietque^q festucam et dicat uerbum istud^r: „Tu, grafio, rogo te, quia ille homo denominatus, qui mihi fidem fecit,

h) fehlt S 83. i-i) fehlt S 83 (Zeilensprung). k) quod S 83; quem S 82 (beide Auflösungen unsicher). l-l) fehlt S 83 (Zeilensprung). m) hec (oder hec) S 82.

Titel 28: a) in S 83 aus sem(per) verbessert. b-b) culp. iud. S 82; culp. iudic. S 83. c-c) fehlt S 82. d) in S 83 zu excepta verbessert. e) in S 83 aus capitulae verbessert.

Titel 29: a-a) precium adpreciare S 82. b) iud. S 82; iudicentur S 83. c) fehlt S 83. d) mal-lare S 83. e) in S 83 aus debite verbessert. f) salicham S 82. g-g) adstringas eum S 83. h) testi-ficare S 83. i-i) donet pignus S 83. k) in S 83 aus solutiones verbessert. l-l) in S 82 nachträglich eingefügt. m) in S 83 aus culpauerit verbessert. n) III S 82. o) dahinter in S 82 ad nachgetragen. p) ascendit S 83. q) in S 83 zu accipiatque verbessert. r) istum S 82.

quem legitime^s habeo adiahtium uel admallatum secundum legem Salicam, et ego super me et super fortunam meam pono, quod securus mitto in fortunam illius manum^t; et dicat, de quanta causa^u ei fidem fecerit. Tunc grafio congreget secum septem rachinburgios idoneos et cum ipsis ad casam illius fideiussoris ueniat et roget eum, si praesens est: „Per uoluntatem tuam solue homini isti^v, de quo ei fidem fecisti; et hoc quod debes secundum pretium^w legitime^x pretiatum^y satisfacere studez^z“. Quod si tunc adimplere noluerit, praesens aut a¹ si (ibi)^{a'} absens^{b'} fuerit, statim rachinburgii c¹ pretium adpretiatum^{c'}, quantum debitum quod debet ualuerit, de fortuna illius tollant. Et si fredus antea de ipsa causa non fuerit datus, duas partes ille^{d'} cuius causa est ad se reuocet, et grafio tertiam partem obtineat^{e'}.

K: 52 § 3 § 3. Si autem grafio, ibi inuitatus, non uenerit et sunnis eum aliqua non detenuerit aut certa ratio dominica, et si¹ distulerit, e¹ ut ibi² non ambulet neque mittat, ut cum iustitia exigatur debitum, aut se redimat aut de uita conponat.

XXX. De re prestita.

54 Si quis alteri de rebus suis aliquid prestiterit, et ei reddere noluerit, sic eum debet mallare. Cum testibus ad domum illius cui rem praestauit^a accedat et sic contestetur ei: „Quia res meas noluisti reddere, quas tibi praestiti^b, in hoc eas tene nocte proxima quod lex Salica continet^c; et sic ei solem collocet.

Si nec tunc uoluerit reddere, adhuc super septem noctes similiter contestetur, sicut antea fecit, ut nocte proxima secundum quod lex Salica continet res suas tenere debeat.

Quod si nec tunc^c uoluerit^d reddere, iterum post alias septem noctes ad eum similiter cum testibus ueniat et roget, ut debitum suum reddat.

Ergo si tunc noluerit reddere nec fidem facere reddendi, supra debitum, quod ei praestitum^e est, et super illos nouem^f solidos conponat, qui per tres ammonitiones^g adcreuerunt, DC denariis qui faciunt solidos XV culpabilis iudicetur.

XXXI. De manu ab^a eneo redimenda.

55 § 1 § 1. Si quis ad aeneum^b mallatus fuerit, et forsitan conuenerit, ut ille qui admallatus^c est manum suam redimat et iuratores donet, si talis causa est, de qua legitime^d, si conuictus fuisset, DC denariis qui faciunt solidos XV conponere debeat. Tunc CXX denariis qui faciunt solidos III manum suam redimat.

55 § 2 § 2. Si uero plus ad manum suam redimendam dederit, fredus grafioni soluatur, tamquam si^e de ipsa causa^f conuictus fuisset^e.

55 § 3 § 3. Si uero talis causa fuerit, de qua, si conuictus fuisset, MCCC denariis qui faciunt solidos XXXV debuisset soluere, et conuenit, ut manum suam redimat et iuratores donet, nouem solidis manum suam redimat.

55 § 4 § 4. Quod si amplius dederit, fredus grafioni soluatur, tamquam de ipsa causa conuictus fuisset.

55 § 5 § 5. Quod si maior culpa fuerit, de qua LXII semis solidos soluere, si conuictus fuisset, deberet, et conuenit, ut manum suam redimat, cum solidis XV manum suam redimat.

s) legitime § 82. t) manum § 82; manu § 83. u) in § 82 nachträglich eingefügt. v) in § 83 aus isto verbessert. w) precium § 82. x) legitime § 82. y) preciatum § 82. z) stude § 82. a'-a') in § 83 aus sibi verbessert; si § 82. b') absens § 82. c'-c') precium adpreciatum § 82. d') illi § 83. e') optineat § 82. f') se § 83. g'-g') ubi § 83.

Titel 30: a) praestauit § 82. b) prestiti § 82. c) in § 83 aus einem nicht zu entziffernden anderen Wort verbessert. d) noluerit § 82. e) prestitum § 82. f) VIII § 82. g) admonitiones § 83.

Titel 31: a) ad § 82. b) eneam § 82, 83. c) in § 82 aus mallatus verbessert. d) legitime § 82. e-e) conuictus fuisset de ipsa causa § 83. f) fehlt § 82.

§ 6. Et si amplius^g dederit, fredus grafioni soluatur, tamquam si de ipsa causa^h conuictus *K: 55 § 6* fuisset; ista redemptio usque ad leudem sic permaneat.

§ 7. Si autem leudem alter alteri inputauerit et eum ad aeneumⁱ habet mallatum, et conuenit, *55 § 7* ut manum suam redimat,

§ 8. et si amplius dederit, fredus grafioni soluatur, tamquam si de ipsa causa conuictus^k *55 § 8* extitisset^l.

XXXII. De maleficiis uel herbis^a.

§ 1. Si quis alteri herbas dederit bibere, et mortuus fuerit, *VIIIIM^b* denariis qui faciunt solidos *21 § 1* *CC^c* culpabilis iudicetur.

§ 2. Si uero biberit et mortuus non fuerit, *MMD* denariis qui faciunt solidos *LXII* semis ille *21 § 2* qui dedit^d pro aliquo maleficio culpabilis iudicetur.

§ 3. Si quis alteri aliquod^e maleficio superiactatus fuerit siue 'cum ligaturis' in quolibet *21 § 3* loco miserit, *MMD* denariis qui faciunt solidos *LXII* semis culpabilis iudicetur.

§ 4. Si quis mulieri herbas dederit, ut infantes habere non possit, *MMD* denariis qui faciunt *21 § 4* solidos *°LXII semis^g* culpabilis iudicetur.

XXXIII. De his qui pueros^a uel puellas occiderint^b uel totonderint.

§ 1. Si quis puerum *°infra XII* annos, siue crinitum siue incrinitum^c, occiderit, *XXIVM* denariis *26 § 1* qui faciunt solidos *DC^d* culpabilis iudicetur.

§ 2. Si quis puerum crinitum^e sine uoluntate parentum totonderit, *MDCCC* denariis qui *26 § 2* faciunt solidos *XLV* culpabilis iudicetur.

§ 3. Si uero puellam^f totonderit, *MMD^g* denariis qui faciunt solidos *LXII* semis culpabilis *26 § 3* iudicetur.

§ 4. Si quis feminam grauidam occiderit, *XXVIIIIM* denariis qui faciunt solidos *DCC* culpabilis *26 § 4* iudicetur.

§ 5. Si quis infantem in uentre matris suae^h aut natum, antequam nomen habeat, *infra 26 § 5* nouem noctes occiderit, *IVM* denariis qui faciunt solidos *C* culpabilis iudicetur.

§ 6. Si quis puellam ingenuam *infra* annos, antequam possit infantes habere, occiderit, *26 § 6* *VIIIIM* denariis qui faciunt solidos *CC* culpabilis iudicetur.

§ 7. Si quis feminam ingenuam, postquam infantes ceperitⁱ habere, occiderit, *XXIVM* denariis *26 § 7* qui faciunt solidos *DC* culpabilis iudicetur.

§ 8. Si quis feminam, postquam infantes habere non potuerit, occiderit, *VIIIIM* denariis qui *26 § 8* faciunt solidos *CC* culpabilis iudicetur.

§ 9. Si quis puer *infra XII* annos aliquam culpam commiserit, fredus ei non requiratur. *26 § 9*

XXXIV. De alode.

§ 1. Si quis homo mortuus fuerit et filios non dimiserit, si pater aut mater superfuerit^a, *62 § 1* ipsi in hereditate succedant^b.

g) in S 83 aus amplius verbessert. h) fehlt S 82. i) eneum S 82, 83. k) uictus (davor Raum gelas- sen) S 83. l) fuisset S 82.

Titel 32: a) in S 82 aus erbis verbessert. b) VIIIIM S 83. c) octos (aus octis verbessert) S 83. d) dederit S 82. e) in S 83 aus aliquid verbessert. f-f) colligaturas S 83. g-g) LX S 82.

Titel 33: a) pueris S 83. b) occiderit S 82. c-c) crinitum (aus crinnitum verbessert) infra XII annos siue crinnitum S 83. d) octos aus octis verbessert S 83. e) in S 83 aus crinnitum verbessert. f) puellam S 83; puella S 82. g) IIMDtis S 83. h) sup S 82. i) caeperit S 83.

Titel 34: a) in S 82 zu superfuerint verbessert. b) in S 82 aus succedat verbessert.

- K: 62 § 2* § 2. Si pater aut mater non superfuerint, et fratres uel sorores reliquerit, ipsi hereditatem obtineant.
- 62 § 3* § 3. Quod si nec isti fuerint, sorores patris in hereditatem succedant.
- 62 § 4* § 4. Si uero sorores patris non extiterint, sorores matris eius hereditatem sibi uindicent^c.
- 62 § 5* § 5. Si autem nulli horum fuerint, quicumque proximiores fuerint de paterna generatione, ipsi in hereditate succedant.
- 62 § 6* § 6. De terra uero Salica^d nulla portio^e hereditatis mulieri ueniat, sed ^fad uirilem sexum^f tota terrae^g hereditas perueniat.

XXXV. De eo qui se de parentela tollere uoluerit.

- 63 § 1* § 1. Si quis de parentela tollere se uoluerit, in mallo ante tunginum aut centenarium ambulet et ibi quattuor fustes alinos super caput^a suum frangat et illas quattuor partes in mallo iactare^b debet^c et ibi dicere, ut de iuramento et de hereditate et de tota illorum se ratione tollat.
- 63 § 2* § 2. Et si postea aliquis de parentibus suis aut moritur aut occiditur, nihil ad eum de eius hereditate uel de^d compositione^e pertineat.
- 63 § 3* § 3. Si autem ille occiditur aut moritur, compositio^f aut hereditas eius non ad heredes eius sed ad fiscum pertineat aut cui fiscus dare uoluerit.

XXXVI. De charoena.

- 64 § 1* § 1. Si quis alteri de manu aliquid per uim tulerit aut rapuerit^a, rem pro capitale restituat et insuper MCC denariis qui faciunt solidos xxx conponat.
- 64 § 2* § 2. Si quis homini aliquid quod ei in ^btercia manu^b missum fuerat per uim tulisse conuincitur, MCC denariis qui faciunt solidos xxx culpabilis iudicetur.

XXXVII. De eo qui alterum herinburgium clamauerit.

- 67 § 1* § 1. Si quis alterum herinburgium^a clamauerit, hoc est strioportium^b aut qui aeneum^c portare dicitur, ubi ^dstriae concinunt^d, et conuincere non potuerit, MMD denariis qui faciunt solidos LXII semis culpabilis iudicetur.
- 67 § 2* § 2. Si quis mulierem ingenuam striam clamauerit aut meretricem et conuincere non potuerit, VIIIM^e denariis qui faciunt solidos ^fLXXXII semis^f culpabilis iudicetur.
- 67 § 3* § 3. Si stria hominem comederit et conuicta fuerit, VIIIM^g denariis qui faciunt solidos CC culpabilis iudicetur.

XXXVIII. De uia lacina.

- 33 § 1* § 1. Si quis baroni uiam suam obstauerit^a aut eum inpinxerit^b, DC denariis qui faciunt solidos xv culpabilis iudicetur.

c) in *S 83* zu uindicent verbessert. *d)* aus saliga verbessert *S 83*; salicha *S 82*. *e)* porcio *S 82*. *f-f)* uirili sexui *S 83*. *g)* terrae *S 83*; terrę *S 82*.

Titel 35: *a)* capud *S 82*. *b)* iacere *S 83*. *c)* debent *S 82*. *d)* fehlt *S 82*. *e)* compositio *S 82*. *f)* aus compositio verbessert *S 83*; compositio *S 82*.

Titel 36: *a)* in *S 82* aus puerit verbessert. *b-b)* tertiam manum *S 83*.

Titel 37: *a)* erinburgium *S 83*. *b)* strio portium *S 83*; strio porcorum *S 82*. *c)* æneum (am *Rande: sol. qui enium*) *S 82*; ennum *S 83*. *d-d)* striae concinunt *S 82*; striae concinunt *S 83*. *e)* VIIM (am *Rande: (ue)l VIIIM d.)* *S 82*. *f-f)* am *Rande: (ue)l oder (so)l. CLXXX(v)II s. S 82*. *g)* VIIIM *S 83*.

Titel 38: *a)* in *S 83* aus ostauerit verbessert. *b)* inpinxerit *S 82*.

§ 2. Si quis mulieri ingenuae^c uiam suam obstauerit^d uel^e eam inpinxerit^f, MDCCC denariis *K: 33 § 2* qui faciunt solidos XLV culpabilis iudicetur.

§ 3. Si quis uiam, quae^g ad farinariam ducit, clauerit, DC denariis qui faciunt solidos XV *33 § 3* culpabilis iudicetur.

XXXIX. De furtis ingenuorum.

§ 1. Si quis ingenuus^a foris casa^a, quod ualet duos denarios, furauerit, DC denariis qui faciunt *12 § 1* solidos^b XV culpabilis iudicetur excepto capitale et dilatura.

§ 2. Si uero foris casa, quod ualet XL denarios, furauerit, MCCCC denariis qui faciunt solidos *12 § 2* XXXV culpabilis iudicetur excepto capitale et dilatura.

§ 3. Si quis ingenuus casam effregerit et, quod ualet duos denarios, furauerit, MCC denariis *12 § 3* qui faciunt solidos XXX culpabilis iudicetur excepto capitale et dilatura.

§ 4. Si uero supra^c quinque denarios furauerit, MCCCC denariis qui faciunt solidos XXXV *12 § 4* culpabilis iudicetur excepto capitale et dilatura.

§ 5. Si quis ingenuus^d clauem effregerit aut adulterauerit et sic domum ingressus fuerit et *12 § 5* inde aliquid per furtum tulerit, MDCCC denariis qui faciunt solidos XLV culpabilis iudicetur excepto capitale et dilatura.

§ 6. Si uero nihil tulerit sed fugiens euaserit, propter effracturam tantum MCC denariis qui *12 § 6* faciunt solidos XXX culpabilis iudicetur [excepto capitale et dilatura].

XL. De furtis seruorum.

§ 1. Si quis seruus foris casa, quod ualet duos denarios, furauerit et inde fuerit conuictus, *13 § 1* aut flagellis^a CXX ictus^a accipiat aut pro dorso suo CXX^b denarios qui faciunt solidos III^c soluat excepto capitale et dilatura.

§ 2. Si uero furauerit, quod ualet XL denarios, aut castretur aut CC denarios qui faciunt *13 § 2* solidos VI^d reddat; dominus autem^e serui, qui furtum fecerit, capitale in locum restituat.

XLI. De seruo, qui de furto fuerit inculpatus.

§ 1. Si cuius seruus de furto^a fuerit interpellatus, si talis causa est, unde ingenuus DC denariis *42 § 1* qui faciunt solidos XV componere debeat, seruus super scamnum tensus^b CXX ictus accipiat.

§ 2. Si uero antequam^c torqueatur fuerit confessus et domino eius ita placuerit, CXX^d denariis qui faciunt solidos III pro dorso suo reddat, et capitale dominus serui in locum restituat.

§ 3. Si autem talis culpa fuerit, de qua ingenuus^e MCCCC denariis qui faciunt solidos XXXV *42 § 3* componere debeat, similiter seruus CXX ictus accipiat tensus.

§ 4. Et si in ipso supplicio fuerit confessus, aut castretur aut CCXL^f denarios qui faciunt *42 § 4* solidos VI^g soluat. Dominus uero serui capitale in locum restituat requirenti.

§ 5. Et si seruus confessus non fuerit, et ille qui eum torquet^h adhuc ipsum seruum torquere *42 § 5* uoluerit, etiam nolenti domino serui, pignus donare debetⁱ et ipsum seruum ad maiora supplicia retinere^l. Et si^k postea^l ipse seruus ad maiora supplicia traditus confessus non fuerit, qui eum

c) ingenuus S 82, 83. d) in S 83 aus ostauerit verbessert. e) uel S 83; aut S 82. f) inpinxerit S 83; inpinxerit S 82. g) quae S 82.

Titel 39: a-a) foras casam S 83. b) fehlt S 83. c) s in S 83 aus 1 (von getilgtem nihil) verbessert. d) in S 83 aus ingenuus verbessert.

Titel 40: a-a) centum XX ictos S 82. b) CCXX S 83. c) in S 83 zu VI verbessert (mißglückte Anpassung an die Denarzahl). d) v S 82. e) in S 83 aus aut verbessert.

Titel 41: a) furtu S 83. b) dahinter in S 83 ein getilgtes n. c) antea quam S 82. d) CCXX S 83. e) in S 83 aus ingenuus verbessert. f) cctis XL S 83; CC S 82. g) v S 82. h) in S 83 aus torqueat verbessert. i-i) fehlt S 83. k) in S 83 nachträglich eingefügt. l) fehlt S 83.

torquebat ipsum habeat. Dominus uero serui, de quo iam pignus acceperat, praecium pro ipso suo seruo recipiat.

- K: 42 § 6* § 6. Si uero supra dominum seruus confessus fuerit, numquam credatur.
- 42 § 7* § 7. Si uero in maiori crimine^m seruus inculpatus fuerit, de quo ingenuus MDCCCⁿ denariis qui faciunt solidos XLV possit culpabilis iudicari, et inter supplicia confessus fuerit, capitali sententia feriat.
- 42 § 8* § 8. Si autem seruus de quolibet^o crimine inculpatus fuerit, et dominus serui ipsius praesens adfuerit, ab eo qui repetit^p ammonetur, ut seruum suum ad iusta supplicia dare non differat; et qui repetit^p uirgas paratas debet habere, quae^q in similitudinem^r minimi digiti grossitudinem habeant, et scamnum paratum habere debet, ubi seruum ipsum tendere possit.
- 42 § 9* § 9. Quod si dominus serui supplicia distulerit, et seruus praesens fuerit, continuo ipse qui repetit^s domino serui solem^t collocet^u et ad septem noctes placitum concedat, ut seruum ad supplicia tradat.
- 42 § 10* § 10. Si infra septem noctes seruum ad supplicia distulerit tradere^v, solem ei iterato his^w qui repetit^s collocet^u. Et sic iterum ad alias septem noctes placitum tribuat, id est ut^x xiv noctes a prima ammonitione compleantur.
- 42 § 11* § 11. Quo si impletis xiv noctibus seruum noluerit ad supplicia dare^v, omnem causam et compositionem^z dominus in se excipiat. Hoc est ut si talis causa fuerit, de qua ingenuus DC denariis qui faciunt solidos xv componere debeat, tantos ipse dominus serui reddat.
- 42 § 12* § 12. Si uero maior culpa fuerit, de quo ingenuus MDCCC denariis qui faciunt solidos XLV componere debeat, et dominus seruum non praesentauerit, ipsum numerum solidorum reddat et capitale in locum restituat.
- 42 § 13* § 13. Quod si adhuc maior culpa fuerit, quae^{a'} seruo requiritur, dominus serui non ut seruus sed ut ingenuus totam legem super se soluiturus^{b'} accipiat.
- 42 § 14* § 14. Si autem seruus absens fuerit, dominum serui his^{c'} qui repetit^s secretius ammonere debet, ut seruum infra septem noctes^{d'} praesentem faciat. Quod si non fecerit, tunc repetens^{e'} solem illi cum testibus collocet^u. Et tertia uice adhuc septem noctes illi placitum concedat, id est ut totus numerus ad xx^{f'} et unam noctem perueniat. Quod si post tria placita seruum noluerit ligatum ad supplicia^{g'} dare et per singula placita solem ei collocauerit^{h'}, tunc dominus serui omnem repetitionem, sicut superius diximus, non ut seruus, sed quasi ingenuus hoc commisisset, talem compositionem^{i'} repetenti restituat.
- 42 § 15* § 15. Si uero ancilla in tali crimine inculpatur, de quo seruus castrari debuerat, CCXL denarios qui faciunt solidos VI, si conueniat, dominus reddat aut CCXL ictus accipiat flagellorum.

^aXLII. De seruis et mancipiis furatis.^a

- 11 § 1* § 1. Si quis seruum aut ancillam alterius furauerit, MCCC denariis qui faciunt solidos XXXV culpabilis iudicetur excepto capitale et dilatura.
- 11 § 2* § 2. Si seruus aut ancilla cum ipso ingenuo^b de rebus domini sui aliquid portauerit, DC denariis qui faciunt solidos xv culpabilis iudicetur excepto capitale et dilatura. Atque causam quam superius diximus culpabilis iudicetur.
- 11 § 3* § 3. Si quis seruum alienum occiderit uel uendiderit uel ingenuum dimiserit, MCCC^c denariis qui faciunt solidos xxxv culpabilis iudicetur excepto capitale et dilatura.

m) crimini S 82. *n)* IMCCC S 83. *o)* in S 82 aus qualibet verbessert. *p)* in S 83 aus reppetit verbessert. *q)* que S 82. *r)* similitudinem S 83; similitudine S 82. *s)* jeweils reppetit S 82. *t)* davor in S 83 getilgtes co. *u)* jeweils in S 83 zu culcet verbessert. *v)* davor in S 83 getilgtes da. *w)* in S 83 aus ei verbessert. *x)* fehlt S 83. *y)* tradere S 83. *z)* compositionem S 82. *a')* que S 82, 83. *b')* soluiturus S 82. *c')* in S 83 zu is verbessert. *d')* in S 83 aus notes verbessert. *e')* reppetens S 82. *f')* xxtis S 83. *g')* suplicia S 82. *h')* in S 83 zu culcauerit verbessert. *i')* compositionem S 82.

Titel 42: a-a) LXVI. De homicidiis seruorum uel ancillarum S 83 (kehrt als Titelüberschrift LXVI wieder).
b) genuo S 83. c) cccctis S 83.

§ 4. Si quis homo^d ingenuus^e alienum seruum in texaca^f secum duxerit aut aliquid cum eo negotiauerit^g, DC denariis qui faciunt solidos XV culpabilis iudicetur excepto capitale et dilatura. *K:11 § 4*

§ 5. Si quis ^hseruum aut ancillam^h ualentem solidos [VI aut] XV autⁱ XXV furauerit uel uendiderit seu porcarium aut fabrum siue uinitorem uel mulinarium aut carpentarium aut quemcumque^k artificem, MDCCC^l denariis qui faciunt solidos XLV culpabilis iudicetur excepto capitale et dilatura. *11 § 5*

§ 6. Si quis puerum aut puellam de ministerio dominorum furauerit, ^mM denarios qui faciunt solidos XXV in capitale restituat et insuper MCCC denariis qui faciunt solidos XXXV culpabilis iudicetur excepto capitale et dilatura^m. *11 § 6*

XLIII^a. De his qui ^baliena mancipia sollicitauerint^b.

§ 1. Si quis mancipium alienum sollicitauerit ^cet conuictus fuerit, DC denariis qui faciunt solidos XV culpabilis iudicetur. *41 § 1*

